



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XIX. Donum Ecclesiæ de Lenatia datum monasterio de Capella in diœcesi
Bituricensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

XIX.

Donum Ecclesiæ de Lenatia datum monasterio de Capella in diœcesi Bituricensi.

Ex Chartulario ejusdem monasterij cap. CIV.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Novit omnium Christianorum dilectio Hunbaldum Uriacensem Deo & sancto Dionysio & monachis de Capella attribuisse Ecclesiam de Lenatia & fiscum ejusdem Ecclesiæ ita integrè sicut sacerdotes Dacbertus & Rogerius de eadem Ecclesia tenebant, & etiam totum tenorem quem pro Ecclesia habebant, annuentibus Blancis de Domairac, scilicet Amelio Blanco, & fratre suo Guillermo, & Hunaldo, & Galterio, & annuentibus illis de Patciaco, & Vvillelmo fratre suo, & Geraldo, qui ex supradictis tenebant Blancis. Quem tenorem, ut melius sciatur, denominatim dicere oportet. Scilicet omnia prata, & terram inter duas vias subter villam usque ad aquam existentia, cum hortis & domibus, & omnes plateas quæ sunt à porta usque ad plateam Rogerij de Trugnac, & grangem & hortum Vizorum, & hortum Johannis de Lenacia, & grangem & aream & domos quæ intra eandem aream continentur usque ad furnum, sicut Rotgerius Capellanus tenebat, & domum Boërelli & hortum, & grangem & aream Stephani de Terail, sicuti continetur illic, & sagnam & terram quæ supra villam est, sicut Rotgerius Prestyter tenebat, & sextariam terræ supra Segrechiæ pratum, ubi fabuchus est, & olcham quæ est subter cadruvium, & hortum Clavelli. Hoc totum quod enumeratum est, de presbyterali fisco est. Nunc verò dona quæ Ecclesiæ data sunt in eleemosyna enumeremus. Eminatam terræ quæ est apud pratum Caprarij, eminatam vineæ ad montem rubeum. Dimidiam eminatam quam dedit sancto Sulpicio mater Araldi de Quadrivio. Tres eminatas terræ in frumental juxta viam. Unam sextararam terræ

ad Rocam inter duo loca. Unam terræ plateam ad Pi-
rum Molar. Unam sextaratum à Prospere inter duo lo-
ca. Cartalatam terræ ad Boniol. Dimidiam cartala-
tam ad Podium. Testes sunt isti. S. Hunbaldi Uria-
ensis. S. uxoris illius. S. Ugonis monachi. S. Rotge-
rij Capellani. S. Amblardi Galdet. S. Johannis de
sancto Caprasio. S. Petri de sancto Caprasio. S. Leo-
degari Vizi de Lenatia. S. Geraldi de Lenatia.

XX.

Concordia de Ecclesia de Casimansi pro mo-
nasterio de Capella in diœcesi Bituricensi.

Ex Chartulario ejusdem monasterij cap. xxxviii.

¶ c v i.

MAJORES nostri multa propter vetustatem ob-
livioni tradita & de rebus suis imminuta viden-
tes, scripturæ testimonio commemoranda eis statue-
runt. Unde & nos prudentiæ eorum assentientes, resti-
tutionem Ecclesiæ de Casimansi, quæ facta est ante
tempus Richardi Archiepiscopi, qui potentiam laico-
rum ab Ecclesiis privavit testamento paterfieri
volumus. Notum sit igitur omnibus quod Hunbaldus
de Paciaco & Raibodus de Berra & alij qui hanc su-
pradicetam Ecclesiæ sibi usurpaverant, sicuti in die-
bus illis fiebat, rectum sancti Dionysij recognoscen-
tes, qui dono Regum Francorum requirebat, præter-
missa omni calumnia reddiderunt. Quin etiam prædi-
ctus Richardus, qui penitus Ecclesiæ, uti jam dictum
est, de manu laicorum extraxit, sciens istam à Regi-
bus prænominatis sancto Dionylio datam prece, & im-
perio Alexandri Papæ, sub quo ipse permanxit, ex in-
tegro monachis de Capella habere permisit. Postea ve-
rò, tempore Aldeberti Archiepiscopi, Dacbertus Ar-
chipresbyter de sancto Desiderato, qui eam manu lai-
corum habebat, videns se non posse detinere nisi gra-
tia Prioris & aliorum monachorum, qui ecclesiastica